



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Sacramenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

partim Sixti V. simili oraculo. ibid. inter
ejus Orac. n. 46.

*Hac facultate uti poterunt ii, quibus Superi-
rior commiserit.*

§. 2.

Usus profanorum in paramenta.

Vestes & pannos profanos in paramen-
ta, & alios Ecclesiasticos usus, securâ con-
scientiâ convertere possamus. Concessit
Sixtus IV. Minoribus, vivæ voc. orac. non
authentificato: ut ex eorum Comp. V. Orna-
menta Ecclesiastica. §. 6.



SACRAMEN- TA.

Facultas ministrandi Sacramenta.

Præsentant Nostri Christi fide-
libus Eucharistiam & alia Sa-
cramenta, sinè alicujus præ-
judicio, ministrare, Diœce-
sanorum locorum, Rectorum, Parochi-
alium, & aliarum Ecclesiarum, aut quo-
rumvis aliorum licentiâ minimè requisi-
ta. Paulus III. pag. 7.


*Facultas quidem administrandi Eucharis-
tiam omnibus Sacerdotibus conceditur, jux-
ta id, quod dictum est verbo Eucharistia. §. 2.*

De

De Pœnitentiæ autem Sacramento jam dictum est verbo Absolutio, & verbo Confessarius.

Vide verbo Eucharistia. §. 2. & 3. & verbo Absolutio. §. 1.

De extrema Unctione quoad familiares, vide verbo Extrema Unctio, & verbo Familiares: qua quoad reliquos poterit etiam, in necessitate tamen, & sine præjudicio, administrari. Baptismus autem in necessitate omnibus, quod jus commune habet. Matrimonium vero nulli, nisi in Provinciis illis, in quibus necessitatis causâ id à Generali Præposito permissum fuerit.



SCHOLÆ.

§. I.

Facultas docendi, etiam in locis Universitatum.



Receptores Societatis, tam qui litteras humaniores, quàm qui liberales artes, ac Theologiam docent, etiam in locis ubi sunt Universitates, lectiones suas publicè legere in Nostri Collegiis possunt, dummodo per duas horas mane, & per unam horam post meridiem cum lectionibus Universitatum non concurrant. Pius

V.